Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

[Textanfang]

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Distinctio Tertia

De Actibus humanis secundum bonitatem & malitiam eorum spectatis

Explicavimus hactenus varias voluntatis actiones, tam elicitas quam imperatas, quas homo libere operatur, ac proinde humanas appellamus: Agendum nunc est, de duabus earundem affectionibus bonitate vid. & malitia morali. Distinguitur autem actionum humanarum moralitas in eam, quae ordinis naturalis est, & in illam, quae ordinis est supernaturalis. Naturalis moralitas est, quae convenit homini praecise ut cognoscenti & libere volenti finem suum naturalem, abstrahendo à fine supernaturali. Supernaturalis moralitas est, quae convenit homini pro ut cognoscenti & libere volenti finem suum supernaturalem. Unde fere jam obtinuit usus, ut illae tm actiones dicantur morales, quae circa finem hominis naturalem versantur, quaeque viribus naturae exerceri possunt. Aliae autem dicuntur supernaturales, quasi à moralibus distinctae ingenio, & ob bene nobilitati volentia. Quaestio 1ma, quid & quotuplex sit moralitas formalis.

Quaestio 1ma

Quid & quotuplex sit moralitas formalis.